UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Basilea Sacra Sive Episcopatvs Et Episcoporvm Basileensivm Origo Ac Series

Sudan, Claudius

Brvntrvti, 1658

18. Landolus sive Landeolus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11463

Visual Library

Bennonis domicilio vicum Sirns infra Baſileam ſitum à maioribus ſuis hæreditario jure acceptum omnino conſcriberet. Atque hæc prima fuere prædia, quibus dotata eſt S. Meinradi cella, quæ ut cætera alia, à parvis initiis in opulentam & nobiliſſimam Abbatiam excrevit. Benno deinde ex hac obſcuritate poſtulatus, ut Metenſibus prælucerct Epiſcopus, cùm vitia ſubditorum liberiùs inſectaretur, per ſummum ſcelus, ab iiſdem, oculorum & lucis uſura privatus eſt. Plura Guillimannus de illo, in 29. Epiſcopo Angent. *Anno Chriſti 905.*

LANDOLVS, *SIVE* LANDEOLVS. *Baſileenſis Epiſcopus.* *XVIII.* 917.

ADalberoni Landolum alij, Rudolphum alij ſubſtitutum volunt.

Anno Chriſti 917.

lunt. Eius ætate ſub annum 917. Hungari barbara gens, Ethnicis adhuc cœca ſuperſtitionibus maximâ celeritate incurſantes, Germaniam, Italiam primò, deinde Carinthiam, Bavariam, Franconiam, Saxoniam, Sueviam, Rhenique oras, atque Burgundiam fœdè populati, magnis cladibus affecerunt; ita ut annis 50. impunè & licenter graſſantes ex ipſis Germaniæ viſceribus deturbari minimè potuerint. Quo factum, ut ipſam etiam Baſileam, vacuam incolis, qui ad tutiora montium loca ſe recepiſſent, ferro & flammis devaſtarent. Hermannus Contractus. Baron. tomo 9. Marianus Scotus. Sigebertus.

GVI-